



TV, 101

2, 15

3

## VOTIVÆ APPRECIATIONES

*Solemnitati nuptiarum*

V I R I

*Admodum Reverendi, Ampliss. atq; Excellentiss,*

**Dn. JOHAN. ANDREÆ QUENSTADI,**  
S.S. Theol. D. Ejusdemquæ P.P. Extraord. ut

& Colleg. Philophici Adjunct.

*SPONSI,*

&

*Leotisimæ, pudicissimæq; Virginis,*

## ANNÆ SABINÆ,

*Viri Admodum Rever. Ampliss. atq; Excell.*

**Dn. JOHANNIS SCHARFII, S. S. Theol. D.PP.**

Colleg. Senioris, & templi cathedralis

Præpositi,

**FILIÆ UNICÆ,**

MISSÆ,

ab

amicis & fautoribus absentibus.

XII. Aug. Anno d<sup>r</sup> 1<sup>o</sup>c LVI.

---

**WITTEBERGÆ**

Literis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typographi.

**S**CHARFI, Theologum decus ingens atque Sophorum,  
Cum tua QUENSTEDIO genere jani FILIA habuit,  
Et resonat totis Hymenaeus in ædibus; ut me  
Associem thalami solemnibus inter amicos,  
Et mea conjugam votis, vis, vota precantum.

Ecce, adsum præstò. Nec enim me denego, tantis  
Quando viris poscor. Vos, quanquam corpore desum;  
Me potiore mei WITEBERGÆ parte tenetis!

Et quis me teneat potior? Digressus in orbem,  
Quid deprendo aliud, quam portas totius Euri  
Recludi? E Borea in prædam depositur Auster:  
Et Boreæ incumbit vis Austri. In prælia tota  
Machina consurgit. Qui fratum nomina prensant,  
Dum turbantur aquæ, sua pandunt retia. Regum  
Mons & Francorum postremus transitus ille,  
Hactenus immunes alienis ritibus, atdent  
Igne peregrino Stoæ. Plebs sacra Jehovæ  
Accipit idolum cœcæ rationis ab Orco.

Non satis illud erat, Babylonis scorteæ sacra  
In templis recipi sanctis? Helvetica monstra  
Jam vicinus alet magis irritata? Et amica  
Hanc manus impinget plagam, cum spondet amorem?

Hæc dum seculum agit, tu, SCHARFI, tutus in illo,  
Qui solet à monistris nos tutos sistere, tardas  
GNATAE & QUENSTEDII succendis. Jungor amicis  
Hoc voto: ut bene sit Sponsis: ecclesia fraudes  
Vincat ut hostiles: ut tu sis ipse superstes,  
SCHARFI, Theologum decus ingens atque Sophorum.

R. V. Dicitur

obseruantissimus cultor

JOH. MICRAELIUS D. E Stetino

23. Jul. anno 1656.

**E**N Seo tibi me sisto, par nobile amantum,  
Et quod non possum corpore, mente fero:  
Unica natæ meæ post fatæ relicta Sororis,  
Sponsa, puellarum gemmagj flosqj chori

Et



Et tibi, Theologi decus & Sophici ordinis amplius, ne sequitur bini  
Sponde: quibus par est ut pia vota faciem.  
Scilicet adveniat nunc tempus amabile fasto,  
Conjugij vobis quo subeunda juga.  
Non nostri arbitrij est, sociam sibi quemque maritam  
Eligere, aut placido nubere quamquam Viro.  
Ils superius potius labor est. Sic sape maritas  
Spem praeceps summis pectora bina Pater.  
Hanc laudem ipse sibi tribuit retinetque tenacem,  
Fædem quod jungat pronubus alma tori.  
Gratulor hinc merito: JOVÆ adsit gratia vobis,  
Firmagint vestri vincula connubij.  
Tot numeret soles Sponsus; quod sidem Olympus;  
Castagint tot lunas Sponsa, quod Hybla favos.  
Alea quot Martis perdit capita, atque relinquit  
Quot gemitus, vobis tot bona grata precor.  
Tugis pater Sponsæ, Sponsi socer optime, salve:  
Et sonet illa diu vox: Ave dulcis, ave.  
Fallor? an eventus dabit haec. En dextera spendet  
Omina, dum sacro lanuus in igne crepat.

Ita Neoyámois lectissimis, nec non Venetando  
Dn. Sororio suo, συνδόμενος gratulatur  
Stetini Pomeranorum,

M. ERICUS PELSHOFER.

Ela lubens proprio Neonymphis mittere carmen,  
Carmen, quod pietas in SPONSUM pangere jussit,  
Inque PATREM SPONSÆ, quos sanctâ mente revolve.  
Ergo vade bohis avibus, mea Musa, meisque  
Ingenij Patribus quamcunque precatè salutem;  
Quos inter primus sit SCHARFILIS ordine, post hunc  
QUENSTADIUS, meritò propiori fædere juncti,  
Dum Genet hic Socero factus, genero Socer ille.  
Miraris? Fatum est. Animus prælagijt olim,  
Cum Studiosis adhuc Witebergica recta tenerem,  
Par fore QUENSTADIUM prædixi ANNAMque SABINAM.  
Esse putabatis nugas, suavesquè lepores;  
At Propheta fui: prædictum cernitis istum  
Fœdus, QUENSTADIO dum jungit ANNA SABINA.

Esse



Quid super est? Votum; quod vellem dicere præfens,  
Dummodo per motus belli, officiumquè liceret;  
Sed mea me Catharina tenet, Mars impedit atrox;  
Ergo do scriptum: Connubia Jova secundet,  
Regnat ut in socio felix concordia lecto,  
Accedant anni, vencat numerosa propago!  
Sic ego, qui tenui nunc connubialia verba  
Scripsi. Conjugibus Natalia Carmina dicam.

in honorem cum Dn. Sponsi, tum Sponsæ Parentis Excellentissimi,  
sui quondam Preceptoris & Hospitis venerandi Gedano missis

MICHAEL Bürich/ ibid. ad S. Cathar. Diaconus,  
Johannes - Andreas Quenstedtius, sanctæ Theolo-  
giz Doctor, & Anna - Sabina Scharfia.  
per purum anagr.

F Isæ Deo bonitas ardens edurat in annos,  
Inquè Hoc angelica, chara, & honesta sata est.

Gratulabundo animo scrib. Lipsie

M. JOHANNES Frenzel.

Q uid nube mæsta Phœbus exerit caput,  
Orbiq; puram latus ostendit faciem?  
Cur non ut antè tenebris rosea sua  
Involvit umbris ora, sed hilaris aurea  
Comæ decorus atberere nitet in igneo?  
En Luna nova nascitur, & qureum polo  
Spargit jubar, Titanis hinc facies niteat  
Sororij accensa radis argenteis.

O pulchra, candida, & nitida discutè nigras  
Nubes, decusq; pristinum Fratri refer.

Suspensus atberere celerem currum quatit  
Motu perenni siderum Dominus potens,  
Nec cessat unquam lumine novo Cynthiam  
Replere lucis nesciam propria, humidæ  
Nocti & diei sic suum constat decus.

Nec tu tuum, ô pulchrum tuo cœlo decus  
Et vera Phœbe, SPONSA solem deserat,  
Nam aliam suo legem dedit cœlo Venus,  
Hic si tenebris os rosea Cynthia tegit,  
Et luce Phœbus destituitur fulgidâ,

JOHANN. PRÆTORIUS.

FINIS.



Zd 198

ULB Halle

002 040 255

3



Sb


W 17

n.t





VOTIVÆ  
Solemnis  
Admodum Revere  
**Dn. JOHAN.** A.  
S.S. Theol. D. Ejus  
& Collegi  
*Lectissima*  
**ANNÆ**  
*Viri Admodum*  
**Dn. JOHANNIS** S.  
Colleg. Senior.



© The Tiffen Company, 2007

**TIFFEN®** Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black